



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

VIII. Iac. Sadolet. S.R.E. Cardin. Gulielmo Poieto S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

VIII.

IAC. SADOLET. S. R. E. CARDIN.
Guilielmo Poieto S. P. D.

CVM neminem habeo ad quem libentius scribam, quam te: tum verò id libentissimè facio, cum quis & tua ingenii beneuolentia & mea tibi literis commendandus est. Quasi si aliàs vnquam mihi accidit facere vt deberem, nunc profecto maximè debeo: quòd eum tibi còmendò, cui aut neminem, aut paucos cèrre, in omni laude doctrinæ & literarum iudico esse patres. Nec tamen dubito, quin tibi Alberti Pighij nomen sit tantum: tanta id & celebritate est omnibus penè in gentibus, & conditionis fama. Nos quidem qui complura eius ingenij monumenta legimus, non solum probamus scientiam hominis, & doctrinam, quæ multiplex in eo, & varia, & referta est: sed etiam propositum animi, & insignem Christianæ pietatis cultum. Incredibile est enim quantum hic vir de fide Catholica, & Christiana religione sit meritus. Is ergo istud veniens, vt saluter ac videretur nostrum Regem, agatque cum eo quibusdam de rebus futurum sponte sua (est enim tui nominis amantissimus) tua etiam meo: magnam spem habet in te suorum negotiorum bene expediendorum positam. Quare cum spes fallat vehementissimè te rogo. Multa sunt mi Poiete, quæ præclara & egregia dicere potes: dedit enim tibi summum ingenium natura, fortissimam etiam facultatem. Sed certè nihil videris facere posse præclarum, quam tales viros in fidem & patrocinium recipere: eisque adhibere vbiçunq; sit opus, opera, gratia, beneuolentiâ, auctoritate. Quasi nisi tua præstans humanitas mihi esset perspecta, planè & cogitata, vterer verbis pluribus. Nunc tantum dico, quicquid in Pighium contuleris officij & studij, id a bonis omnibus in campum acceptum iri, vt si tu id, non in hominem, sed in virtutem ipsam & doctrinam contulisses: tantum nos & ipsius eruditio tribuimus, & tuæ laudi gloriæq; fauimus. Illud extremum cupere velim id quoque existimare, si eum amanter, comiterque mereremur etiam causa exceperis, mihi in ea te gratissimum te facturum. Velle. Carpentoracii, Idibus Nouembriis. M. D. XLI.

IX.

IACOB. SADOLETVS S. R. E. CARDIN.
Guilielmo Poieto S. P. D.

PRO te audisse, nos omnes qui de Cardinalium collegio sumus, summi Pontificis literis ad Urbem esse accitos.